


Mbb. ii.



121

JUSTINI M.
DE
NATIUITATE CHRISTI
DOCTRINÆ
HISTORIA

collegit ac edidit

IO. HENR. CALLENBERG

Halæ, in typographia instituti iudaici

CICCI 1735.



§. I

Pluribus locis *Iustinus*, cognominatus martyris, ita de Christo loquitur, ut ex dictis clare intelligatur, quod crediderit, illum extitisse, antequam homo ex Maria, virgine, fuerit natus. Teste illo, seruator natus est ex Deo patre, virtute eius & consilio, propriè, peculiariter, præter communem mortalium nativitatem. *Varia Christo tribuit nomina, respiciens ad nativitatem, qua ex patre ortas est, & ad tempus, humanam illius nativitatem antegressum.* Appellatur scilicet filius Dei, eiusque primogenitus, unigenita, ratio, verbum, virtus, sapientia, oriens, dies.

§. II. Ipsum esse Deum, diserte affirmat. Idcirco attribuit ei verba angelii dominici, Mosene rubo compellantis: *ego Deus Abrahami etc.* Iudeus ei exprobrauit: *quod ait, ante secula Deum fuisse hunc Christum, ac deinde nasci etiam, hominem factum, sustinuisse;* & quidem non hominem ex homine: *non modo*

ad-

Illum extitisse. Iustin. 256. c. utor editione coloniensi MDCLXXXVI.

Mortalium nativitatem. 66. e. 67. e. 327. b. 332. c. d.

Oriens, dies. 73. a. 327. b. 83. c. 326. e. 92. b. 51. d. 327. b. 326. d.

admirabile, & præter fidem mihi esse videtur,
verum etiam stultum. Tum Iustinus ostendit,
Christum omnino Deum, idque confiteri mi-
nime esse stultum. Dissentire se etiam aperte
profitetur ab iis, qui Christum pro mero homi-
ne habeant: sunt enim nonnulli, -- profientes,
ipsum Christum esse; sed (tamen) hominem, ex
hominibus genitum esse affirmant: quibus non af-
fentior.

§. III. Docet præterea, illum sub veteri te-
stamento s̄e hominibus apparuisse, sub ignis
forma, ac imagine incorporali. Exemplum
recenset, cum Mosi visus est in rubo; iudeos-
que carpit, quod ea, quæ hic, aliisque in lo-
cis, dicantur de filio, patri adscribant.

§. IV. Tum porro tradit: patrem Christi,
Deum & dominum, certam constituisse œco-
nomiam, cuius caussa homo factus sit. Atque
ita eum de consilio & ex voluntate patris huma-
nam induisse naturam.

§. V. Historiam nati ex virgine Christi in
scriptis suis passim tractat, eaque repetit, quæ
ab apostolis narrata sunt; adiiciens subinde
quædam ad eorum narrationem illustrandam.
Commemorat, quomodo angelus domini ad
Mariam, virginem, venerit, nunciaueritque,
nasciturum ex ea Christum. Verba angeli
hæc profert: ecce concipies in utero ex spiritu
sancto

Non affentior. 96. b. c. 267, b. e.

Patri adscribant. 96.

Induisse naturam. 45. a. 83. e. 96. a. 286. b.

d. c. 291. e.

sancto, & paries filium; & filius altissimi vocabitur; & vocabis nomen eius Iesum; ipse enim liberabit populum suum a peccatis suis. Refert tantum orationis particulam, & quidem contracte. Pergit narrare, quomodo grauida facta sit virgo ex spiritu sancto: illum, cum illapsus esset in eam, ipsamque inumbrasset, non concubitus, sed virtute prægnantem Mariam reddidisse. Spiritum, qui etiam virtus, quæ a Deo sit, dicatur, non alium esse, quam ipsum verbum, seu Dei primogenitum. Tum agit de suspicione Iosephi, & consilio eius profligato.

§. VI. Deinde narrat, quomodo natus Christus sit Bethleemæ, quo profectus sit Iosephus, ut censeatur. Cum id commemo- rasset de Bethleema in apologia altera, iubet romanos, gentiles, euoluere descriptiones acti census, quas habeant, & ex iis cognoscere veritatem: *vicus autem quidam est, Bethleema, in regione iudeorum, triginta quinque stadiis Hierosolymis distans; ubi natus est Christus Iesus: quemadmodum ex descriptionibus acti census, quæ sub Cyrenio, primo vestro in Iudea procuratore, sunt confectæ, intelligere potestis.* Addit: nato puero, Iosephum, quia in vico non inuenerit locum, quo diuerteret, in specum quendam, vico proximum, concessisse. Factum id memorat temporibus imperii romani, sub Herode, rege iudeorum.

§. VII.

Dei primogenitum. 75.

*Rege iudeorum. 303. c. e. 75. e. 332. d. 304.
a. 96. 330. d.*

vo-
ose
uis.
ui-
do
m,
m-
em
as,
am
git
to.
tus
Io-
no-
bet
nes
ol-
th-
que
pri-
bus
in
ére
m,
er-
im,
ous
um.
VII.
04-

§. VII. Postea exponit aduentum Arabum, qui Christum adorauerint. Docet, stellam, qua edoeti sint magi, in cœlo apparuisse, simulac natus sit Christus. Locum, ex quo venerint magi, dicit Damascum, urbem, sitam in Arabia: *cæterum, quod Damascus arabica terræ fuerit, & sit, quamvis nunc ei, quæ Syrophœnica vocatur, accenseatur, nec vestrum aliqui inficiari possunt.* Fuisse eos, ait, antequam ad Iesum accesserint, cacodæmonis mæcapia, & malis artibus deditos; sed, a pristino domino malo defecisse: *magi enim, quos præ datum fuerat dæmonium illud, ad omnes malas actiones excitatos, cum aduenientes Christum adorauerint, apparebant, ipsos ab ea potestate defecisse, quæ illos prædata fuerat, & a verbo ostensa est habitare Damasci.* Delatos in urbem Hierosolymorum dixisse: se ex stella, in cœlo apparente, cognouisse, quod rex in regione iudaica natus sit. Seniores populi iudaici, quos Matthæus principes sacerdotum & scribas vocet, indicasse Herodi locum, quo Christus in lucem edendus sit.

§. IIX. Tradit etiam fugam Christi in Ægyptum; qua facta, Herodem omnes pueros bethleemiticos occidere iussisse. Tum citat verba prophetæ de hac laniena. Vaticinium illud ira exponit: propter vocem, quæ audienda sit a Rama, id est ab Arabia, (esse enim suo tempore adhuc locum in Arabia, nomine

Ra-

In lucem edendus. 303. 304. 334.

Ramam:) ploratum correpturum esse locum,
ubi Rachela sepulta sit, h. e. Bethleemam: mul-
lieribus complorantibus filios suos interfectos,
neque consolationem in eo, quod ipsis euen-
erit, habentibus. Narrat quoque de reditu
domini nostri ex Aegypto, & quod ab illo
tempore ipse praesentiam suam celauerit homi-
nes, donec egerit etatem virilem.

§. IX. Prophetas dicit vaticiniis prænunci-
asse, aduenturum Christum, & nasciturum
ex virgine: multa de eo oracula edidisse: co-
gnominatum ipsum in prophetarum libris sa-
pientiam, & diem, & orientem, & gladium,
& lapidem, & virgam, & Iacobum, & isra-
elem, aliisque nominibus.

§. X. Ex Mosis scriptis citat verba: *lauans*
sanguine vua stolam suam. Item hæc: *orientur*
stella ex Iacobo, & dux ex Israele. Ad illa ob-
seruat: verbo, lauare, inesse significationem
Iustrandi atque purificandi: stolam Christi esse,
qui fidem ei habeant: sanguinem intelligi ipsi-
us, qui dicatur vua, quod, sicut vitis sanguinem,
seu succum, Deus, non homo, fece-
rit, ita Christus sanguinem non habiturus sit
ex humano viri semine, sed ex virtute diuina.

Quod

Euenit habentibus. 303. 304. 328. 329. 330.
Ex Aegypto. ibid.

Virilem etatem. 75.

Aliisque nominibus 73. 327.

Lauans sanguine. Gen. XLIX. 11.

Orietur stella. Num. XXIV. 17.

Virtute diuina. Iust. M. 74.

Quod ad alterum vaticinium attinet, hebraicum nomen, quo significatur sceptrum, ille ducem reddidit; verbum vero omisit, quo surrectio indicatur.

§. XI. Porro attulit Iesaiæ locum de partu virginico, & de hoc dicit: quæ impossibilia putentur, ac incredibilia, ea quod futura sint, a Deo per spiritum propheticum esse præmonstratum; ne, cum facta essent, per incredulitatem vocentur in dubium, sed ob factam eorum prædictionem certa per fidem habeantur. Circa verba, *virgo uterum feret*, annotat: virtutem Dei, virginis superueniendo, eam inumbrauisse. Quod dictum sit de captis urbibus, Damasco & Samaria, id conuenire in magos, Damasco profectos, præstigiis remittentes nuncium, ereptos cacodæmonis potestati, cuius in illa urbe fuerit sedes. Peccatricem ac iniquam hanc potestatem Samariæ nomine figurate vocatam. Herodem dici Assyriorum regem, quod animo fuerit impio. Sæpe enim spiritum sanctum uti huius generis similitudinibus ac comparisonibus. Exempli gratia, de hierosolymitanis ciuibus loquutum, dixisse: *pater tuus amorrheus, & mater tua chætea*.

§. XII. Alia insuper *Iustinus* in medium protulit

De partu virginico. Ief. VII. 10. - 17.

Per fidem habeantur. 74. coll. 262.

Eam inumbrauisse. 75.

Tua chætea. 303. 304. 305. 262. 291. 297. 302.

Alia insuper. Ief. IX. 5. Mich. V. 1. Zach. VI.

19. pag. 74. 75. 262. 334.

tulit prophetarum oracula , cum ex Iesaiæ , tum
ex Michæ & Zachariæ monumentis . Id quo-
que memorat : cum dæmones acceperint , Chri-
stum nasciturum ex virgine , autores extitisse fa-
bula de Danae , quæ ex Ioue , in aurum con-
uerso , conceperit . Sufficiat , hæc ex Iustini scri-
pta attulisse , prælibando eius de seruatoris na-
tuitate doctrinam . Plura dictis accuratior illo-
rum lector eruet . Faxit autem Deus , ut com-
memoratis , licet ea aliqua ex parte imperfecta
sint , animi nostri confirmentur !

De Danae. 90. a.

*Lector eruet , præsertim ex his locis , 45. 48.
51. 56. 68. 74. 75. 86. 92. 96. 98. 232. 247.
254. 255. 261. 264. 267. 286. 287. 291.
293. 303. 326. 327. 328. 356. 357.*



*Quoniam misericordia tua
semper mecum es.*

Ad 263

S



JUSTINI M.

DE

NATIUITATE CHRISTI

DOCTRINÆ

HISTORIA

collegit ac edidit

IO. HENR. CALLENBERG

Halæ, in typographia instituti iudaici

cicccc xxx.